



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrum Misericordiae Palativm

Variis Sacrae-Scripturae Locis, Atque Septem misericordiae operibus quasi
peristromatibus exornatum

Gzaeus, Nicolaus

Augustae Trevirorum, 1618

Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54477)

AD LECTOREM.

ET si facile coniciam (candide Lector) permultos fore, qui non vsque adeò hūc nostrū quantuluncūq; laborem probaturi sint, quibus scilicet, nihil aliud, quàm actum agere fortassis videbor, quod nimirum opus ab alio editum, ex Gallico idiomate in Latinum dumtaxat cōuerterim, non tamen ideò, ab huiusmodi labore deterrebor, quominus inchoatum opus perficiā. Neque enim prout nouit DEVS scrutator cordium ob vanam aliquam gloriam eiusmodi opus aggressus fui, sed quod sperarem, me quā plurimis Gallici idiomatis ignaris pergratum præstiturum obsequium. Hic noster quantuluscunque labor, non modio cre, vt spero diuini verbi præconibus emolumentum afferet, pro expositione quintæ Beatitudinis; Beati scilicet Misericordes quoniā ipsi Misericordiam consequentur, & nonnullorum aliorum sacræ scripturæ locorum. Iuuabit quoque eos qui se infirmorum curæ dedūt, vt qualiter se erga eos habere debeant

beant intelligant. Lutheri quoque, & Caluini falsà circa opera Misericordiæ doctrinam deteget, qui tam impiè quàm blasphemie assererant opera Misericordiæ à viris iustis facta, mortalia peccata esse. Ad nonnullos etiam Gentilium, Iudæorum, & Hæreticorum circa sepulturam mortuorum errores comprimendos instituet, & ad Catholicorum circa funeralia mortuorum abusus redarguendos instruet. Quædã te præmoneo (Cãdide Lector) omisi, quæ superiorũ meorum consilio, & instinctu breuitati studere volens prætermisi; orationes scilicet ad Communionem præparatorias, ad sanctissimam Trinitatem, Beatissimã Virginem Mariam, Diuum Michaëlem, Angelum custodem, nec non pro infirmis diu laborantibus, ab astantibus pro eorum salute ad DEVM fundendas quod sufficientes de hac re libros extare compertum haberem. Nonnulla etiam alia omisi, quæ ad Parochos in administrando, cum Eucharistiæ, tum Extremæ Vnctionis sacramento spectant, quæ in sacerdo-

cerdotali Romano requirere poteris.
Quisquis igitur (Amice Lector) in hunc
quantulumcunque libellum incidere, si
gratum opus non fuerit, gratus sit tibi la-
bor & animus qui cunctis gratificari, &
putavit, & optavit. Quod si placueris
animum ad aliud opus aggredien-
dum addes. His tantisper
fruere & Vale.

